



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

14 Valor beneficiorum computatur respectu utilitatis, quae habetur in
apportatis in absentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

9 Sed conditio in Bullis apposta, † dummodo rectori remaneant centum ducati, vel Episcopo mille, aut dummodo pensio medietatem fructuum non excedat, aut alia conditio, debet ab eo in cuius favorem reservata est pensio, verificari. Put. decis. 24. num. 3. lib. 1. non verificata conditio, debitor cogi non potest: in terminis idem Gig. de pens. 14 quest. 85. num. 10. & Gomez. in compen. utr. sign. quest. fin. num. 84.

10 In simili enim videmus, † quod licet ad obtinendum beneficium quilibet presumatur idoneus, nec teneatur probare idoneitatem, etiam si in rescripto ad sit clausula, si idoneus fuerit, cap. final. de presump. quæ clausula si idoneus fuerit, sonat in monitionem, vel instructionem, & ideo collatio facta illa non verificata tenet, ut trad. Innoc. in d. cap. fin. in princip. Abb. num. 16. & Felin. num. 29. de presump. tamen quando est apposta clausula, dummodo ipsum ad hoc idoneum esse repereris, conferas, quæ sonat in expressam conditionem, beneficium, nisi prævio examine, non confertur, † quia conditio suspendit executionem, ita quod interim peti non potest, Abb. in cap. Raynaldus, num. 19. de testam. Felin. in cap. ad aures, n. 4. in si. vers. sed cave quia, de rescript. Paris. cons. 31. num. 24. volum. 4. & Put. dict. decis. 16 24. num. 3. lib. 1.

12 Et gesta ante † purificationem conditionis nihil valent, Innoc. in cap. cum dilecta, num. 5. & ibi Abb. num. 4. & 5. de rescript. Rot. decis. 10. in fin. & decis. 12. num. 3. de concess. præb. in nov. Paris. d. 17 conf. 31. n. 26. & Put. decis. 283. n. 1. l. 2.

13 Quando autem † in litteris reservatio-

nis pensionis apponitur clausula, quod ducati favore rectorum sint liberi, verbum, liberi, in litteris appositum importat, quod sint integri sine diminutione, deductis oneribus, & expensis, l. 1. & ibi Paul. de Castr. C. de fruct. & lit. expens. gloss. in cap. gravu, in verb. fructus, de rest. spol. & Bald. in cons. 53. in fin. volum. 1.

14 Valor enim † computatur respectu utilitatis, quæ habetur in appoitatis in absentia, Staphil. de grat. expect. num. 64. & 65. & licet in honorem, & revertiam litterarum Apostolicarum pensio solvi debeat. Gomez. in comp. utr. sign. n. 86. q. fin. Staph. de lit. just. §. in primis, n. 84. Gig. de pers. q. 85. & Callad. decis. 10. n. 8. de rescript. procedit, quando litteræ reservationis pensionis sunt gratiosæ sine aliqua conditione, sed, quædo sunt, conditionales, conditio est in primis purificanda, ut per Put. d. decis. 24. cū aliis supra allegatis.

Si verò pensionarius est in possessione exigendi, de qua constat ex instrumento, aut aliis legitimis probationibus, † tunc conditiones appositæ, aut narrata in gratia non impediunt executionem litterarum, quia exceptiones nullitatis, aut invaliditatis, aut reductionis pensionis concernunt petitorium, & interim, donec per sententiam pensio annulletur, non potest retardari solutio, cum, nec prædo † sit sua possessione spoliandus, c. in litteris, de restitut. spoliat. sed est in possessione manutendendus, §. quorum, vers. hodie. insti. de interd. Bart. in l. 1. u. hujus autem, n. 1. ff. uti possid. in l. 1. C. eod. tit. & Rot. decis. 2. n. 3. de except. in antiquior.

17 Agens autem ad pensionem † ante acquisitam possessionem tenetur purificare omnes conditiones in litteris appostas ex lu-